

www.e-rara.ch

**Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus
primus[-nonus]**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-150989>

[In Libro Secundo De Spiritu Sancto]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

C neratur ex patre. Sic em̄ & ipsa de se sapiētia per Solomonem dicit: Ante oēs colles generat me. Non em̄ dixit ante oēs colles genuit me, sed generat me, in quo significantia sempiternitatis est.

IN LIBRO SECVNDO DE SPIRITV SANCTO.

TEmpus est nunc nos pro uiribus nostris de spiritu sancto pauca differere: quē dominus & saluator noster in euangelio secundum Iohannē paracletum nominauit. Sicut em̄ idem ipse deus, atq; idē ipse Christus: ita idē ipse & spiritus sanctus est, q & in pphetis & apostolis fuit: id est, siue in illis q ante aduentū Christi deo crediderunt: siue in his qui per Christū cōfugerunt ad eū. Et duos quidē deos audiuius ausos esse hæreticos dicere, & duos Christos: duos aut spūs sanctos nunq; audiuius ab aliquo p̄dicari.

QVOD EADEM SIT INCONVERTIBILITAS SPIRITVS SANCTI QVAE

ET PATRIS ET FILII. DE LIBRO PRIMO PERI ARCHON.

NVlla ergo natura est secundū quod nos sentimus, quæ nō possit recipere malū: idcirco non cōfirmamus omnē naturā recepisse malū: id est, malā effectam: sed sicut est dicere, quia oīs hominis natura recipit, ut possit nauigare: nō tamen ex eo etiam omnis homo nauigauit: & iterū omni homini possibile est discere artē grāmaticā uel medicinā: nō tamē idcirco ostenditur omnis homo uel medicus esse uel grāmaticus: ita si dicimus nullam esse naturā, quæ nō possit recipere malū, non tamē cōtinuo recepisse etiā malū designatur: & rursum nulla natura est, quæ nō recipiat bonū: nec tamen idcirco omnis natura probatur recepisse quod bonū est. PAMPHILVS. Et post pauca addidit. ORIGENES. Nulla ergo natura est, quæ nō recipiat malū: excepta dei quæ fons omnium est. Et Christus sapiētia est: & sapiētia utiq; recipere stulticiā nō potest. Et iusticia est: iusticia autē nunq; profecto iniusticiā capiet. Et uerbum est uel ratio: quæ utiq; irrationabilis effici nō ualet. Sed & lux est: & lucē certum est qd tenebre nō cōprehendunt. Similiter autem & natura spūs sancti quæ sancta est, nō recipit pollutionē. Naturaliter em̄ uel substantialiter sancta est. Si qua autē alia natura sancta est: ex assumptiōe hac uel inspiratiōe spiritus sancti habet ut sanctificet: non ex sua natura hoc possidens, sed accidens: propter quod & decidere potest qd accidit. Ita & iusticiā accidentē quis habere potest: unde & decidere eā possibile est. Sed & sapiētiā q; accidentē nihilominus habet, q̄uis in nostra potestate sit positū & studio nostro, & uitæ merito si sapiētiæ operā dem⁹ effici sapiētes: & si sp̄ id studiū geramus, semper sapiētiæ participemus: & id nobis uel plus, uel minus accadat, uel pro uitæ merito, uel pro studiū quātitate.

QVOD AEQVALIS SIT TRINITAS ET QVOD SPIRITVS NON SIT CREATURA DE LIBRO PRIMO PERI ARCHON.

DE spū sancto q̄a est, multæ nos scripturæ docuerūt: sicut Dauid in quinquagesimo psalmo dicit: Et spm̄ sanctū tuū ne auferas a me. Et in Daniele dicit: Spūs sanctus q̄ est in te. In nouo uero testamēto abundantib⁹ testimonijs edocemur, cū spūs sanctus sup Christū descēdisse p̄scribit, & cū ipse dñs insufflauit in ap̄los post resurrectionē, dicēs: Accipite spiritū sanctū. Et ad Mariā dicit ab angelo: Spūs sanctus supueniet in te. Paulus uero docet, quia nemo potest dicere dñm Iesum, nisi in spū sancto. Et in Actibus ap̄lorū p impositionē manū apostolicarū, spūs sanct⁹ dabat in baptismo. Ex qbus oibus discimus tantæ & authoritatē & dignitatis substantiā spūs sancti: ut salutare baptismū nō aliter nisi excellentissimæ omniū trinitatis authoritate, id est, patris & filij & spūs sancti cognōtatione cōpleat, & in nato deo patri & unigenito ei⁹ filio, nomē quoq; spūs sancti copuletur. Quis ergo nō obstupescat quāta maiestas sit spūs sancti: cū eū q dixerit uerbū in filiū hoīs, audiat ueniā sperare posse: eū uero q in spm̄ sc̄tm̄ blasphemauerit, ueniā nō habere, neq; in p̄senti sæculo, neq; in alio futuro: PAMPHILVS. Et post pauca adiecit. ORIGENES. Verūtñ usq; ad p̄sens nullū sermonem in scripturis sanctis inuenire potuimus, per quē spiritus sanctus factura esse uel creatura diceretur. PAMPHILVS. Et insertis cōpluribus testimonijs de uirtute spiritus sancti: post ali quanta etiam hæc adiecit. ORIGENES. Si reuelante filio cognoscit patrem spiritus sanctus: ergo ex ignorantia ad scientiam uenit: quod utiq; & impium pariter & stultū est, spiritum sanctum confiteri, & ignorantiam ei ascribere. Non em̄ cū aliud aliquid esset antea q̄ spūs sc̄tus per profectum uenit in hoc, ut esset spūs sanctus: ut quis audeat dicere, quia tunc quidem cum

nondum